



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Occasio scribendi, & intentio Auctoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



49
1709

GERMANA DOCTRINA
REV. P. THOMÆ
TAMBURINI
SOCIETATIS IESV;
ADVERSUS IMPUGNATIONES
REV. P. VINCENTII BARONII
JESUS MARIA.

OCCASIO SCRIBENDI, ET
intentio Authoris.

PATER Vincentius Baronius in Theologia Morali, quam scribit adversus laxiores Probabilitas, præsertim contra Caramuelem, Anonymi nodos in P. Marconum, Theophilum Raynaudam, & Amadæum Guinenium, ut Theophilum carpat, inter cetera eundem reprehendit *disp. p. sect. 5. art. 2.* quod Opus in Decalogum R. P. Tamburini Concivis, & Præceptoris mei approbaverit, & commendaverit, præfixeritque dicto Operi in præfatio Lovanii 1659. & iterum anno 1665. hæc verba.

2. Opus R. P. Thoma Tamburini in Decalogum, post accuratam Theologorum recognitionem, ammentibus majoribus, in Italia usum, dignum est, iteratò cudi, ob doctrinæ soliditatem, & in explicandis nodis conscientia perspicuitatem. Idem videtur de Opusculis quibusdam moralibus expositioni Decalogi atrox. Neque vero Author à sola doctrinæ soliditate, & res dubias exponendi dexterritate, in his lucubrationibus commendandus est; Sed etiam quia bonis moribus in eisdem exquisitè consulit. Lugduni in Collegio SS. Trinitatis 9. Febr. 1658.

THEOPHILUS RAYNAUDUS Soc. Jes.

CAROLUS DULIEU, Soc. Jes.

3. In ipso vestibulo (da veniam, lector, ut id non taceam) adverte calumniam contra R. P. Theophilum; nam cur Baronius non atulit alias approbationes eidem Decalogo affixas? Nolo hic transcribere commendationes Patrum Soc. JESU, quos Janfenistæ suspectos omnes habent, sed viri eximii ex Minoribus de observantia Reform. dumtaxat, cujus testimonium datum Venetiis, ubi primo excusum est dictum opus in Decalogum, est hujusmodi; & in eadem pagina, in qua refertur Theophili approbatio, rescriptum apparet, & tamen de eo magnum Baronii silentium; illud interim Theophili increpans totis buccis.

Mandatis patris Reverendis. P. Ambrosii Fracassini Questoris Gen. Venetiarum recognovi expeditam explicitationem in Præcepta Decalogi R. P. Thoma Tamburini. Legendo, & electa perpendendo, animo sublevarar, admirans Opusculum, paucis, plurima continens; quod nedum difficilia extricata; verum inutilibus rejectis, ut illa quæque aliis dispersa, affluenter, & quod plurimi valet, intè collecta refert. Unde qua corripere minimè, ac, qua discerem, utique excepi. Quapropter veluti opus solerter elaboratum, in nullo offendens, pluribus favens, omnibus conducens, & quod suum sapit Auctorem, dignum, ut lucem obtineat, judico, & sideo, & ess. gito. Datum in nostro S. Bonavent. Venetiarum Cœnobio, ultimo Aug. 1653.

Ego Fr. AGEDIUS è MELO, Minor de Observ.
Refor. Lector Gen. S. Theol. Diffinitor, ac
Sancti Officii Vener. Consul.

5. Cur item non meminit Approbationis relatæ initio ejusdem Decalogi reimpressi Inulius in Belgio anno 1660. quæ est breviuscula, & facile poterat in loco notari, cum illam, ex ea conjectura colligam, quod ipse Baronius viderit, quia hujus Belgicæ Impressiois Dedicatoriam citat. *disp. p. sect. 2. §. 2.* Approbatio autem est hujusmodi. Hoc idem Thoma Tamburini è Societate Jesu Sacerdotis, Opus eximium, perquam utiliter imprimendum, censui.

MATHIAS NAVÆUS Theol. Doct. Can. Tornac.
Librorum Censur. 20. Febr. 1660.

6. Verum encomia hæc, & plura alia, (utpote extra Institutum meum) negligamus, Quod ego in hoc opusculo intendo, benigne lector, non est, Theophilum sapientissimum inter nostri sæculi viros vindicare; aliis me sapientioribus id relinquo; sed mei Præceptoris doctrinam tam injustè insinulatam, in sua germana luce legentibus offerre, tenebræque, quas offundit prædictus Baronius, ab oculis minus eruditorum (sapientes enim mea opera non indigent) amovere. Nec per prolixas Disceptationes id facta mihi opus erit. Domi habeo, domique nascuntur, quæ rem expugnabunt. Omnia enim luce clarius patebunt, si conferam dumtaxat
id

id, quod cavillatur Baronius cum eo, quod scribit Tamburinus. Admireris, prudens Lector, qua fronte aut deat quispiam aliquem capere, quasi quid noxium is dixerit, excusando partem. (non vero totum) Jex iis, quæ reprehensus cum prudentissimis limitationibus, commodisque explicacionibus docet; in qua fronte addat subinde aliquid de suo, parum scilicet, in referendis sententiis, de necessaria fidelitate laborans. Non te diu morabor, iam absque longiore proœmio operam aggredior.

Sed prius lege hic, probe & dictoria, quæ Baronius profert adversus innocencium præceptorem meum, ut scilicet quò animo affectus is cum illo agat, ne sis neglectus.

PROBRA, ET DICTERIA BARONII in Tamburinum.

A pag. 71. ad paginam 83. in titulo, & sæpe. *Laxitates Tamburini, laxitates Tamburini, &c.*

Disp. prima sect. 5. art. 1. pag. 71. *Opus Tamburini in Decalogum auctas exaggerat, quo habet O M N I V M Authorum liberiores, & periculosas opiniones.*

Ibid. §. 2. pag. 73. *Ego sanè, si ita (ut Tamburinus) de abdicatis, aut ad minus diminutis divina legis præcipuis partibus sentirem, aut scriberem, venerer illam ex Scriptura sententiam: Væ qui dicitis bonum malum.*

Ibid. pag. eadem. *Relate opiniones (Tamburini) adeo à sensu totius Ecclesie, ab æquitate humana, & à reverentia in legem divinam aliene, ut ex Curatis (Parisiensibus) unus doctissimus in illas librum meditaretur, titulo ANTI-DECALOGI cum hoc versu: Tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam.*

Ibid. pag. 74. *Cum Curati Parisienses obtinuerint prohiberi Apologiam Casuistæ, frustra fore, moment tot Episcoporum censuras, & Facultatis Parisiensium, summique Pontificis decreta, quæ perniciosissimos errores, quibus sciet ille liber, damnarunt, si pari audacia liceat, eosdem errores etulgare, & mutatis Authorum nominibus interpolare, id verò commisse, editione Tamburini Operis in Decalogum Lugduni facta, cuius plura exemplaria Parisios delata sunt, nec solum damnatos Apologia errores eo libro commentos propugnari, sed addi atrociores, qui adeo ab omni æquitate, & pietatis sensu abhorreant, ut unus videatur scopus huic Authori (Tamburino) constitutus; nempe, comprobare, in quam cæcitatem devenire possit mens humana, ubi relicto Fidei, ac traditionis lumine, ac tramite, suis se permiste cogitationibus abripi. Conqueruntur (videm Curati) non partem Religionis eo opere lacesitam, sed totam funditus everti, &c.*

Et paulo post. *Illud etiam (videm Curati) conqueruntur) legibus Ecclesiasticis, his maxime, quibus ieiunia instituantur, aversis pudendis, & ridi. uls (Deus me adiuvet. Ubinam in gravissimo opere Tamburini sunt hæc pudenda, & ridicula?) Denique principia constitui iis corruptelis inducendis, & excusandis, quæ adeo latè pateant, ut nullum sit scelerum genus adeo insolens, & horrendum, quod his regulis defendi, & honestari nequeat.*

Quare, ut moderatius, quam ferat rei atrocitas, loquantur, verissime pronuntiant, huiusmodi Ethicem (Tamburini) tanto studio per totum orbem sparsam minime Christianam esse, quandoquidem hominis Christiani bonam mentem extinguit; nec Hebraam, ac Pharisæicam, cum procul abijciat, quam Iudæi summe colebant legis literam & externi hominis probitatem, quam Pharisæi præferabant; nec debere Philosophicam, & humanam dici, cum in se ipsa sit æquitate naturali, Fidei humana, & sensui communi, quibus Philosophia humana, ut certis regulis, adhæret; nec Cicilem, au Politicam esse censendam, cum Societatis humane fundamenta convellat; & qua huiusmodi Ethicam admittent Regna, & Imperia, brevi, depulsa omni lege, & fide, mutis Civium odiis fraudibus, & cadibus sint peritura: Quare nullum aliud superesse, quo nuncupetur, nomen, quam illud Iacobi. Non est ista sa-

piencia de sursum descendens, sed terrena, animalis. Hæc Curati Parisienses de opere Tamburini.

Ibidem eadem pag. *Summus Pontifex sua constituta, ne damnavit Apologiam (illam Casuistæ) quæ multo cautiùs, minusque licenter agit, quam Tamburini.*

Ibidem pag. 76. *Inde vides, erudite Lector, quo tantum Tamburinus promoveat probabilissimam veram, & saluberrimam Theologorum, saltem Societate, præbilitati legem, extra omnes, ne dum veritatis, sed etiam similitudinis verè fines, periculosus laxasse.*

Ibid. eadem pag. *Tamburinus aliorum consilia, & labores corrumpit.*

Ibidem pag. 77. *Quid ad hæc Tamburinus? Nulli istos sui instituti Authores moratur: uno audaci ac precipiti saltu transiit hos quatuor gradus ab illis acceptis constitutos, & veluti aggeres ad legis, & salutis destinationem oppositos hominum cupiditatibus, uno impetu amovitur, & deturbat.*

Ibidem pag. 78. *Quis non obstupescat, ista doceri tanta fiducia, & asscuracione, ut Tamburinus nihil dubitet certiora asserere, quam ut sua discussione indignetur, & habuisse laudatorem (Theophilum) qui scripsit ea sua Theologia basi exquisitè Tamburinum boni nominis consumulisse.*

Ibidem pag. 79. *Ne mireris Lector Tamburinum à ceteris omnibus in sua probabilitate constituendo, distingere, cum nec secum conveniat. Nullam est certius falsi argumentum, quam à se ipso dissentire. Non caret hoc virum Tamburinus, & cum ferè omnes deseruerit, sibi ipsi respondet, ut inde agnoscat omnes, quæ periculosam suam, hanc auctem sequi.*

Eadem disp. 1. sect. 5. art. 3. §. 13. pag. 91. *Stet multa liberatior, & laxior Tamburinus, videtur suæ se ipse scripsisse, ut quæ præcesserant Authorum laxitates, omnes superaret.*

Et paulo post. *Nec dubito quin (Tamburinus) velit videri, quasi in laxandis conscientis gloriam, & singularem veritatem affectasse.*

Hactenus Baronius falsissimè, ut sequens opusculum legenti patet.

Hæc autem volui simul colligere, ut si quid in consequentibus sese offerat feverè à me dictum contra Adversarium, videat Lector, comparatione facta cum his, quæ ille contorquet, quam parce ego egerim cum ipsis, quam liberè ipse contra præceptorem meum,

CAPVT PRIMVM

Congeries sententiarum, quæ Tamburino imputantur.

1. **V**bi Baronius modo relatum Theophili approbationem damnavit, ut damnationis testimonium ostenderet, in medium profert disp. 1. sect. 5. artic. 1. §. 1. fol. 71. Propositiones non paucas, quasi à Tamburino in suo Decalogo scriptas, atque à Theophilo perperam approbatas. Et profecto eo modo, quo Baronius, ut plurimum, illas refert, censurandæ omnino essent; verum, ut eas Præceptor meus docet, non nisi maxime commendandæ.

2. Affirmamus ergo prius integrum Paragraphum, in quo veluti unico contentu ab Impugnatore illa, proet ipsi placuit, hoc est infideliter traduntur; nam deinde eadem erunt à me separatim distinguendæ, & cum germana Tamburini doctrina conferendæ, quo pacto, studiosus, nullo negotio, unius veritatem, vel alterius falsitatem, assequetur.

Baronius a. l. o. §. 1. sub hoc titulo. (Necnon carid laxitates Tamburini) sic eas proponit.

3. 1. In primis omnimodam securitatem asserit lib. 1. in Decal. cap. 3. §. 3. *Nulli libet opinari, etiam verissime probabilis,*